



Q. D. B. V.

ELEMENTA IVRIS
SECUNDVM ORDINEM
INSTITUTIONVM.

PROOEMIVM.

§. I.

Reges ab innitio tenuerunt romanam ciuitatem, & variis legibus exornauerunt. Ex quo cuso regio iugo ciues liberi sibi ipsimet condidere leges. Alias praeterea a graecis ciuitatibus petiuerere, quae nomine *LL. XII. tabularum* celebrantur. Mores denique haud pauci inualuerunt, & pro legibus custoditi sunt. Occupata a Caesaribus republica hi *constitutionibus* fuis, quid fieri vellent, significabant. Sic autem ius Romanum in tantam molem paullatim excreuerat, ut iam Liuius, (cuius tamen tempore deerant adhuc constitutiones principum) *lib. 3. cap. 34.* illud immensum aliarum super alias aceruatarum legum cumulum; Eunapius vero in vita Aedes p. 92. ἄχθος καμηλῶν πολλῶν multorum camelorum onus adpellare non dubitet, & omnino e republica videbatur, tam

A

diffu-

2 ELEMENTA IURIS.

diffusam, ac per tot volumina dispersam iuris.
prudentiam in vnum veluti corpus compingi.

Conſt. tanta pr. de conf. Digest.

Eius §. 2. Quamuis vero nec Cn. Pompeio, quem
collec- Ifidorus lib. 5. Orig. cap. 1. nec Iulio Caſari,
tio ante quem Suetonius Iul cap. 44. de huiusmodi col-
Iustinia- lectione cogitasse ferunt, is labor ſucceſſerit:
num fruſtra felicior tamen ea in re ſaeculo VI. fuit FLA-
fruſtra centata. VIVS IVSTINIANVS Imperator *).

*) Idem conſilium fuifle Ciceroni, tradunt
nonnulli recentiores, & teſtem aduocant Gel-
lium Lib. 1. noꝝ att. C. 22. Sed ſane defu-
git hic auctor teſtimoniuſ. Non enim de col-
lectione legum romanarum, ſed de libello ele-
mentari adorndo cogitaffe Tullium narrat.

IVSTINIA- §. 3. Hic obſcuero loco natus, adoptatus
ZI mo- que, vt aiunt, ab auunculo Iuſtino Ilyrico, Im-
res et peratore *) IVSTINIANI nomen, iſumque per
inge- Orientem imperium accepit, anno ſaeculi ſex.
niū. ti viceſimo ſeptimo, eique per quadraginta fere
annoſ praefuit, princeps, non quidem a viiis
immunis, quaes iuſto acrius Procopius in Anec-
dotis inſectatur; nec tamen illiteratus, multoque
minus ἀναλόγος; (vt quidam ex depra-
uato loco Suidae, Iuſtinianum et Iuſtinum
confudentis, perperam colligunt) nec ab omni
prudentia legislatoria, qualem illa ſaecula fe-
rebant, deſtitutus.

*) Sed adoptionem iſam Iuſtiniani nullo priſci
ſcriptoris teſtimonio conſiſtar poſſe, bene ob-
ſeruat G. D. Arnaud Lib. 1. var. coniectur. c. IX.

§ 4.

§ 4. Res
Nam et bello
amia quedam
lib. 2. cap. 19.
11. Vandalarum
Procop. Vand-
tige, Totila &
lie parte rece-
Iulia fecit. Pro-
Quos bellicos
iſip Imperator
1. p. 3. L. 2. p.
*) Ex quo
Inſtitutioſum
Africani, co-
Gothas enim,
noꝝ perdomi-
cum a deſtri-
diuit. Sed Go-
ticum fruita-
cijet ea gen-
nino indi-
corum regem

§. 5. Nec
bus palliatiſ
primo, opera
vitrum, eius
tiones ſelectas
tempora, ante
HERMONGENIA
lettas, in nomi-

§. 4. Res, dum imperauit, praeclaras geslit. Res bel. Nam et bello cum Persis vario Marte gesto, lo gesto amissa quaedam recuperauit, Procop. *in Pers.* lib. 2. cap. 19. Agath. libr. 4. extr. & Gelimer, Vandalorum rege, capto, Africam recepit. Procop. *Vandal.* lib. 2. cap. 3. & viictis Vigitate, Totila & Teio, Siciliaque & magna Italiae parte recepta, finem Gothorum regno in Italia fecit. Procop. *Goth.* lib. 4. cap. 32. *). Quos bellicos sudores & triumphos ex parte ipse Imperator memorat §. 1. *procem. Inst. L,* x. *pr. & L. 2. pr. C. de Offic. praef. pract. Afr.*

*) Ex quo facile patet, cur in prooemio *Institutionum Gothicorum, Vandalorum, Alanorum, Africanorum*, cognomina nomini suo adscriperit. Gothos enim, Vandulos ipsiusque subiectos Alanos perdomuerat, Africanum receperat, Anticum a devictis Antis, Slavorum gente, sed dixit. Sed Germanicum, Alamannicum, Francicum frustra se adpellauit, quum non deuiciasset eas gentes. Quare & eo nomine Iustiniiano indignatum esse Theodebertum, Francorum regem, auctor est Agath. libr. 1. p. 15.

§. 5. Nec minus in toga profuturus, legibus paullatim rempublicam armavit, siquidem Iuris ab primo, opera usus Triboniani, aliorumque pilatum virorum eius aeui iurisperitorum, constituta & quitiones selectas principum ab Hadriano ad sua dem tempora, antea in Codices GREGORIANVM, primo HERMOGENIANVM et THEODOSIANVM collectas, in nouum *) codicem compilari iuslitr, neus.

quem, ut fere alia omnia, a suo nomine IVSTI-
NIANEVM vocavit, ediditque VII. Id. Apr.
Anno IXXXIX, *Constit. summa reip.* §. 3. 4.
5. de *Iustin.* Cod. confirm.

*) Ita enim proprie appellatae sunt constitu-
tionum principalium collectiones. Hinc οἱ
τῶν νομοθετῶν καδίκες apud Isidor. Peluf.
Epiſt. IV. 91. Euagt. *Hift. eccles.* I. 12.

Deinde §. 6. Deinde sequente anno ad immensa
Pandec- veteris prudentiae volumina *), quorum duo
tae. millia erant, e trecies centenis millibus versuum
composita, L. 2. §. I. C. de vet. iur. inucl. cu-
ram suam extendit ex iisque per XVII. viros
conficiendas curauit PANDECTAS seu DIGE-
STA, publicata demum XVII. Kal. Ian. anni
IXXXIII. L. 2. C. de vet. iur. enucl. Pauli-
Diac. libr. I. cap. 25.

*) Nec tamen pandectae collectae sunt ex Ju-
reconsulorum antiquiorum scriptis, sed ex eo-
rum potissimum, qui ab Hadriani temporibus
floruerunt, ut Saluji Iuliani, Papiniani, Vipi-
ani, Pauli, Marcelli, aliorumque. Causa in
promptu est. Ab Hadriani enim temporibus
per Edictum perpetuum & principum consti-
tutiones ita immutata fuerat iurisprudentia vni-
uersa, ut nihil utilitatis redundaturum fuisse
ad rempublicam, si ex P. Mucio Scaeuola,
Manilio Bruto, aliisque, qui liberam viderant
rempublicam, excerpta dari iussisset Iustinianus.
Vid. Dodwell. *Praelect. Cambden.* 8.
p. 319.

nomine IVSTI,
VII. Id. Ap.
reip. §. 3. 4.

§. 7. Antequam pandectae conficerentur, an Hinc L.
no LXXX. Lampadio & Oreste Cosl. & duo decisi-
bus in sequentibus, Iustinianus edidit L. DECISIO-
NES, quibus varios iuris articulos, ob diuersas
iureconsultorum sectas *) perquam ambiguos,
L. pen. C. de necess. serv. her. inst. opera po-
tissimum Tribonianii §. 3. Inst. de libertin. de-
finuit. Hae deinde in Codicem repetitae pree-
lectionis migrarunt, vnde eas collegerunt &
luculentis commentariis illustrarunt Em. Meril-
lius & Io. Stauchius.

*) Sectae a Iureconsultis celeberrimis, Labeo-
ne & Capitone, duobus pacis decoribus, na-
tiae L. 2. §. 7. ff. de orig. iuris. A Capi-
tone descendant Sabinus, vnde Sabiniani,
& C. Cassius Longinus, vnde Cassiani. La-
beonis fequeaces sunt Nerva, Proculus, vnde
Proculeiani. & Pegasus, vnde Pegasi d.
L. 2. §. 47. ff. de or. iur. De his iectis plu-
ra notabimus ad Pandectas.

§. 8. Hinc porro INSTITUTIONES ex vete- Nec
rum iureconsultorum enchiridiis, et maxime ex non In-
Caii Institutionibus, Tribonianii, Dorothei &
Theophili *) opera conserbendas curauit, vt
essent totius legitimae scientiae prima elementa
§. 3. 4. 6. Inst. prooem.

*) Qui Theophilus non diuersus est ab eo,
cuius Graeca Institutionum exstat paraphrasis.
Vid. praefat nosir. Vinnii Comment. in Insti-
tutione Otto in commentar. ad proem. Inst.
& Mylius in præparatione vindiciarum
Theophilii.

Earum
publica-
tio, &
confir-
matio.

§. 9. Qui libellus, vtut post Pandectas com-
positus, ante eas tamen publicatus est XI. Kal.
Dec. anni Ixxxiii. Iustiniano A. tertium con-
sule §. 7. prooem. Ast plenissimum illud con-
stitutionum Iustinianearum robur, de quo §. 6.
prooemii, vna cum pandectis deraum obtinuit
ex III. Kal. Ian. anni Ixxxiii. L. 2. §. 23.
C. de vet. iur. emul.

Codex
repeti-
tae p̄ae-
lectio-
nis.

§. 10. Quum paullo post editas pandectas et
Institutiones deprehenderet imperator, non pau-
cas supereffe codicis Iustinianei & Pandectarum
diffensiones: e re vifum est, Codicem illum re-
texi, nouumque adornari, qui ideo vocatur
CODEX REPETITAE PRAELECTIONIS, abo-
lito Iustinianeo *), editus publicatusque XVI.
Kal. Dec. anno Ixxxiv. Iustiniano A. quar-
tum et Paullino coſſ. Conſt. cordi nobis §. 3.
4. 5. 6. de emend. C. Iustin.

*) Hinc saepe in Institutionibus laudantur con-
stitutiones, quas fruſtra quæſiueris in Codice.
Exempla vide ſis §. 27. Inst. de legat. §. 7.
Inst. de leg. agn. jucc. pr. Inst. de bon. poſſ.
§. 24. & 33. Inst. de aet.

Nouel-
lae

§. 11. Sequutae fūnt poſtremo hanc compi-
lationem variae constitutiones *νεαραι* ſeu NO-
VELLAE, Graece maximam partem conſcriptae
Agath. lib. 5. p. 145. Io. Malala p. 165. Quas
licet ſe collecturum promittat Iustinianus de
Conſt. cordi nobis §. 4. de emend. Cod. Iustin.
&

et idem quoque
quam hodie ha-
bit, ſed recendi
vid. Aemil.
de collat. na-

§. 12. Textu-
dor, Scrimptu-
re fūnt oulg-
re facta, Heſec-
ſtio praetere-
dicta ſunt. Cur.

§. 13. Ex N
quibusq; Frid
ario, vi vide
denie refuta
THENTIAE,
ſituationem, la
teris, ut autem

§. 14. Prae-
dictis Iustinianis
nimis t) E
tiones Eſtadum
beri II. 3) N
tutiones Zenos
entium; deni-
rit, iure conſu-
tol, de clar. la
& Schuler in

PRO O E M I V M .

7

& fidem quoque liberauerit *), collectio tamen, quam hodie habemus, non videtur illa Iustiniani, sed recentior.

*) vid. Aemil. Ludov. Hombergk. in *schediasm. de collect. nouellar. a Iustiniano facta.*

§. 12. Textum graecum restituerunt Halcon- Textus der, Scrimgerus, & Agylaeus. Versiones la- græcus, tinae sunt vulgata κατὰ πόδα sed parum pu- verilo- re facta, Haloandrina & Hombergiana. Nec tina- silentio praetereunda est epitome latina Julianæ, circa ann. Chr. 570. adornata.

§. 13. Ex Nouellis istis, & constitutionibus Authen- quibusdam Fridericorum, Imp. Germ. ab Ir- ticae nerio, ut videtur, aliisque quibusdam iurispru- quid? dentiae restauratoribus, decerptæ sunt AV- THENTICAE, id est summa in nouellarum con- fitionum, legibus codicis subiecta. Inseri- Byn- kersh. de auct. Aauthent. cap. 3. pag. 14. seqq.

§. 14. Praeterea recentiori tempore corpori Libri iuris Iustiniane adiectae sunt variae adpendices, feudo- rum a nimirum 1) Edicta Iustiniani XIII. 2) constitu- quo- tiones Eiusdem nec non Iustini minoris & Ti- berii II. 3) Nouellae Imp. Leonis; 4) consti- tutiones Zenonis aliorumque Imperatorum ori- entalium; denique 5) ab Hugolino & Presbyte- ris, iureconsulto Bononiensi, ut Guip. Panci- rol. de clar. leg. interpr. lib. 2. cap. 16. p. 130. & Schilter in praefat. ad Mincucc. §. 4. ex Qdo.

8 ELEMENTA IURIS.

Odofredo ostendunt, additi sunt libri FEVDO-RVM, medio circiter saeculo XII. ab auctore incerto compilati. Conferenda hic omnino THOMASII selecta feudalia. Add. *Histor. nostram iur. libr. I. §. 421.* & Georg. Ludov. Boehmerum in *ob. erv. iur. feud. pag. I. seqq.*

Qui libri auctoritate legis polleant?

§. 15. Quum ergo sensim in hanc molem excreuerit ius romanum, (§. 5. seqq.) duplex exsurgit quaestio; prima: quinam ex antea memoratis libris hodie auctoritate polleant legali; altera: quaenam lex Iustinianea in casu diffensus sit sequenda? Quod ad primam attinet, obserues velim: *Iustinianum ius in Germania esse receptum, Ord. cam. de ann. 1495. §. 3. Ord. iud. imp. aul. tit. I. §. 15.* non tamen alias partes, quam illas, quas glossa agnouit, in foro agnoscit. Hinc patet I. quod codicis Gregoriani, Hermogeniani & Theodosiani, quae exstant fragmenta, cum partes iuris Iustinianei non sint, quin ab ipso Iustiniano isti codices aboliti fuerint, quamvis ad interpretationem utilissima, tamen nullius in foro auctoritatis habeantur, nec sine falsi crimine ad decisionem causarum citentur. L. 2. §. 19. C. de vet. iur. emulc. II. Quia privatus non condit leges, consequens est, vt authenticae e Nouellis excerptae, quippe a priuatis confectae, (§. 13.) non polleant auctoritate legum, nisi quatenus cum Nouellis, ex quibus deceptae sunt, conueniunt *). III. Cum nec Novellae Leonis ad ius Iustinianum pertineant, quamvis cum illo edi soleant: auctoritate

glossaque car
Iugae constitut
aliquae viris de
legibus hodi
gudent: I. In
te, (§. 6.) I.
he Iustiniani,
ea, que glo
non gloriatur
ab Imp. Frider
VI. Libri feud
de Annis
*) Sunt ante
in dictis Bo
script. Aath
Eccles. A
fin. & pro
duri. Iusti
tonibus si
incurrit.

§. 16. Quo
tionem: (§. 1
prior, L. vlt,
I. V. Nouellae
potremo prodic
geri iustificationis
posterior, (§.
tectus pugnat
hitiones et du
stis fuit, que
l. c. lxx. 7. §.

PROOEMIVM.

9

ritate legis carent. Et quia IV. recentiori demum aeuo corpori iuris Iustiniane adiecta sunt, glossisque carent Edicta Iustiniani XIII. & reliquae constitutiones a Iacobo Cuiacio, Contio aliisque viris doctis restitutae: (§. 14) eae pro legibus haud valent. Legali contra auctoritate gaudent: I. Institutiones, (§. 8.) II. Pandectae, (§. 6.) III. Codex, (§. 10.) IV. Nouellae Iustinianae, (§. 11.) & quidem absque dubio eae, quae glossatae sunt; (§. 11. & 15.) de non glossatis enim dubitatur. V. Authenticae ab Impp. Friderico I. & II. profectae. (§. 13.) VI. Libri feudorum, *et quidem duo primi;*
de ceteris enim dubitatur.

*) Saepè autem non conueniunt. Exempla vide in Auth. Bona damnatorum C. de bon. proscript. Auth. cx causa C. de lib. praeterit. & exher. Auth. Hoc ita C. de duob. reis fili. & promitt. Auth. Sed hodie C. de offic. diuersi. iudic. quas si contenderis cum auctoritatibus suis, discriminem statim in oculos incurret.

§. 16. Quod vero attinet ad alteram quaes. Qui rationem: (§. 15.) cum lex posterior deroget bri corriori, L. vlt. ff. de constitut. Princ. sequitur; poris I. vt Nouellae derogent libris omnibus, quia iniucem postremo prodierunt. (§. 11.) II. Vt codex deroget Institutionibus & Pandectis, quippe utrisque gent? posterior. (§. 10.) III. Si Institutiones & Pandectae pugnant, obseruandae sunt regulae: I. Institutiones cedunt Pandectis, tamquam auctoritatibus suis, quatenus ex his descriptae sunt. Hinc e. c. lex 7. §. 7. ff. de aquir. rer. dom. merito

A 5

prae-

malezaw
justitiae
derro. epe
minime affec
potest

praefertur §. 25. Inst. de rer. diuis. II.) Pandectae cedunt Institutionibus, quoties his nouationem ex instituto fieri, adparet. Hinc e. c. §. 7. Inst. ex quib. causis manum. merito praefertur legi 9. §. L. II. ff. de manum. vind. vid. Huber. Praelect. ad Inst. proem. ff. 10.

Quanta sit ho-
die iuris rom.
auctori-
tas?

§. 17. Est autem ius Romanum *in complexu-*
quidem receptum, vt is, qui legem iuris Iusti-
niane laudet, fundatam, ceu pragmatici loquun-
tur, habcat intentionem; non tamen aliter nisi
in subsidium, h. e. ita, vt mores patrii, statu-
ta ciuitatum, constitutiones prouinciales, nec
non vniuersales Germaniae leges praferantur.



LIBER I. TIT. I.

DE

IVSTITIA ET IVRE.

§. 18.

Ius vor-
cabu.
lum
τολυτη
μεν
objectio
subjectio

Iurisprudentiae operam daturum ante omnia nosse oportet, quid sit ius & iustitia, quae denique tria summa iuris praecepta habeantur. IVS, vocabulum maxime πολυτημον L. II. §. 12. D. h. i. aut legem, aut facultatem moralēm, aut iurisprudentiam, aut complexum legum eiusdem generis denotat.

§. 19.

§. 19. LEX
subditis o fij
D. de legej. C
cepta, neceſſitati
1) De obligati
tientiis et
§. 20. Cam
Reat, que fa
ca, fine ut in
tr, quicquid
magis et volent
PERFECTAM

§. 21. Iuri
citas morali
gibit nou rep
FECTVM et
caſum vel fac
eadem definitu

§. 22. IVR
verum diuina
fit iniquitate j
§. 23. D. h. i.
augorialis &
enit, cum in
quiebat: e)

) Ita definitio
plicant. Bay
copul. Hal.
init. & in
P. 118. fij